



# Disputatio juridica inauguralis de usufructu

<https://hdl.handle.net/1874/341863>

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
**USUFRUCTU,**

30

FAVENTE DEO TER. OPT. MAX.

*Ex auctoritate Magnifici Rectoris,*

D. HERMANNI WITSII,

S. S. Theol. Doctoris, ejusdemque in Inlyta Academia Ultrajectina  
Professoris Ordinarii, & Ecclesiae ibidem Pastoris facundissimi,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicorum consensu, & Nobilissime*

*Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis  
rite, ac legitimè consequendis,

*Eruditorum examini subjicit*

JOHANNES BEREWOUT, Amstelod-Bat.

*Ad diem 9. Februarii, hora locoque solitis.*



TRAJECTI AD RHENUM;

---

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clo Ic LXXXVII.

*Clarissimo Spectatissimoque*  
*V I R O,*  
**D. FREDERICO**  
**B E R E W O U T,**  
Urbis Amstelodamensis Com-  
missario, Parenti meo omni  
Honore in æternum colen-  
do.

*Hæc Theses Inaugurales,*

**D. D. D.**

**JOHANN. BEREWOUT.**

AUCTOR.

# PRÆFATIO.



Uoniam inter ser-  
vitutes persona-  
les principem sibi  
locum Ususfructus  
vindicat , disputaturus pro  
more Academiæ , breviter de  
ista materia differere propo-  
sui , & quia maxime fami-  
liare est Consultis rerum  
tractatus à definitionibus  
ordiri ut intelligatur quid  
sit id de quo agitur , hactenus  
definitionem præmittendam  
esse censeo .

A 2 DIS.



DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
U S U F R U C T U .

T H E S I S I.



Susfructus est jus alienis  
rebus utendi fruendi salva  
rerum substantia l. i. ff. de  
usufr. principio instit. hoc tit.

I I.

*Ajo esse jus, habita nimirum rela-*  
*tione ad usufructuarium, cui usus-*  
*fructus debetur; in omni enim ser-*  
vitute

vitute duo considerantur termini ,  
dominans & serviens , illius respe-  
ctu appellatur jus & hujus ratione  
dicitur servitus *Clariss. D. Vinnius ad*  
*tit. Inst. de Usufructu.*

## I I I.

Additur in definitione , *alienis re- bus* , hoc enim commune est omnium servitutum : res enim sua nemini ser- vit *l. 5. ff. si usufr. pet.*

## I V.

*Utendi fruendi* , ut ususfructus di-  
stinguatur ab usu , siquidem usus ,  
cujuscunque rei non plus commodi-  
tatis aut utilitatis tribuit quam quan-  
tum usuario necessarium est , eique  
sufficit ad usum & consumptionem  
quotidianam *l. 12. §. 1. D. de usu & ha-*

## DISPUTATIO JURIDICA

bitatione, s. i. Inst. eod. at vero omnes  
reditus, omnes obventiones, omnes  
utilitates, omnia commoda, quæ  
vel ex ipso corpore sive re fructua-  
ria proveniunt ad usufructuarium  
pertinent, l. 7. I. D. hoc tit.

### V.

Adjicitur præterea in definitione  
*salva rerum substantia*, qua clausula  
coarctatur, jus usufructuarii, qui  
potest eatenus uti, frui, quatenus  
rem salvam servet domino, ac proin-  
de ista clausula fructuarius prohibe-  
tur rem consumere, causamve pro-  
prietatis deteriorem facere aut in  
aliam formam rem transmutare. Cl.  
D. Vinnius ad tit. instit. de usufructu.

### V I.

Dividitur ususfructus in verum &  
quasi usumfructum, verus enim con-  
sistit

sistit in rebus unde integra & salva  
maneat substantia: quasi vero usus-  
fructus in rebus quæ ipso usu consu-  
muntur, quo enim latior esset morien-  
tium voluntas, senatus earum rerum  
quasi usumfructum constituit *§. 2.  
tit. de usufr. l. 1. 2. D. de usufr. ear. rer. qua  
usu consumuntur.*

### VII I.

Potest autem ususfructus constitui  
in omnibus rebus fruitioni accom-  
modatis, sive sunt mobiles, sive im-  
mobiles seu sese moventes. *§. 2. inst.  
de usufr. exceptis rebus quæ ipso usu  
consumuntur, ut vinum oleum fru-  
mentum &c. ceterisque rebus quæ  
pondere numero & mensura con-  
stant, & in genere suo functionem re-  
cipere dicuntur l. 2. ff. de rebus credits.*

Con-

## 8 DISPUTATIO JURIDICA

### VIII.

Constituitur autem ususfructus, vel a lege, vel a testatore, vel a judece, a lege, veluti patri, in bonis adventitiis filii l. 6. C. l. ultima cod. §. 3. *de bonis qua liberis* vel a domino, cui jus est, de re sua libere disponendi, constituitur actibus inter vivos, sive ultima voluntate; §. 1. *inst. de usufruct.* a judece in judiciis divisoriis, si res divisionem non admittant. l. 6. §. 10. *de communi divid.* l. 16. §. 1. *familia erciscundæ*, l. 6. §. 1. *de usufruct.*

### IX.

Ut igitur dominus securus esse possit de proprietate, ideo desiderante eo usufructuarius cavere co-

cogitur se usurum, ac fruiturum, boni viri arbitratu, & cum ususfructus ad eum pertinere definet, se restituturum, quod inde existabit.  
*l. 13. D. de usufructu, l. 1. ff. usufructuarum quemadmodum caveat.*

## X.

Hinc nobilis oritur questio, quod si fructuarius cavere non possit, eo quod propter inopiam fidejussorem idoneum invenire nequeat an non esset humanum, eum admitti obligata cautione juratoria? mihi vero arridet eorum sententia, qui totam hanc rem boni judicis arbitrio committendam censem. Licetque hic usurpare illud adagium Pauli hoc æquitas suggerit, et si jure deficiamus *l. 2. §. 5. in fin. ff. de aqua plu.*

B

Cau-

## 16 DISPUTATIO JURIDICA

### X I.

Cautio vero hæc, precise præstanda datis fidejussoribus, est hæc stipulatio præatoria, quæ personas pro se intervenientium desiderat l. 7. ff. de *stipulationibus pratoriis* l. 1. ff. *usufructuarius quemadmodum* l. 1. ff. *qui satisdare cogantur.*

### X I I.

Neque hæc mihi prætereunda videtur quæstio, an testator ei cui usufructum legavit hanc cautionem remittere possit? ego vero negantibus calculum meum adjicio. l. 13. *de usufruct.* l. 7. C. *ut in possessionem legat* l. 1. s. 1. ff. *ut legatorum nomine caveatur ne amoto cautionis metu usufructuarius invitaretur ad grassandum, & delinquendum in re fructuaria.*

Quæ-

## XIII.

Quæsitum est quo tempore expireret ususfructus civitati, vel municipio relictus? & placet centum annos tuendos esse municipes, quia is finis vitæ longevi hominis est l. 8. de usu & usufructu l. 56. de usufructu, nisi civitas interim aratrum passa fuit l. 21. ff. quibus modis usus vel ususfructus amittitur.

## XIV.

Illud etiam hoc loco mihi discutere lubet utrum vestimentorum sit verus an quasi ususfructus? ego vero existimo vestimentorum verum usumfructum esse, quia non statim ipso usu consumuntur sed attenuuntur & deteruntur ut patet ex lege 9. §. 3. ff. usufructuarius quemadmo caveat l. 15. §. 4. ff. de usufructu.

Fini-

32 DISP. JURID. INAUG.

X V.

-iq Finitur ususfructus. 1. morte usu-  
fructuarii. 2. maxima & media capi-  
tis dimunitione. 3. Non utendo per  
modum, & tempus. 4. Consolida-  
tione, 5. interitu rei §. 3. inst. b. t.

X VI.

Disputationem hanc absolvemus  
illustri questione, an ususfructus  
amittatur cessione facta extraneo?  
ego vero existimo usumfructum ex-  
tingui, uti in terminis responsum est  
*l. 66. ff. de jure dot.*

